382 ¶ Alij qui sunt casus in quibus reus potest interrogari de consocijs. ꝛ tūc dictū socij criminis facit indicium ad torturam cōtra socium vt dixi late in. l. j. §. diuus Antoninus. ff. de questio. ꝛ supra. in singulari. ccix. inci. socius criminis ꝛc. Sed quero socius criminis in iudicio coram iudice solēniter sponte vel de tortura seruatis seruādis: dixit ꝙ titius fuit eius socius ad committēdum tale delictum ex quo dicto potest torqueri ipse titius qñ sumus in casu: in quo socius criminis potest interrogari de socijs vt dixi in locis superius allegatis hoc stāte cōdēnatus est reus ad mortē ꝛ dum est super furca ante ꝙ minister iustitie eū proijciat ꝛ occidat illo instanti dicit coram populo rogo vos omnes vt rogetis deum pro me: ꝛ dicatis Pater noster ꝛ Aue maria pro anima mea: postea dicit ego in processu meo huius delicti ꝓ ꝗ morior inculpaui indebite ꝛ iniuste titium: ꝛ dixi ꝙ ipse fuit socius meus ad cōmittēdum hoc delictum: scitote omnes ꝙ ego falsum dixi et mentitus sum quia dictus titius nihil vnꝙ sciuit de tali delicto quod feci: et ideo dictum titium exculpo: et ab eo peto veniā de mendacio qđ dixi ꝯtra eū: hoc dicto statim minister iustitie eū proijcit de furca ꝛ occidit: an per istā exculpationē sit sublatum indiciū existēs contra ipsum titiū propter primum dictū illius rei factū in indicio solēniter corā iudice. in quo Bal. in consilio suo. lxxix. incipien. regula iuris est ꝛc. in fin. in. iij. vol. videtur tenere ꝙ non sit sublatum dictum indicium proueniens ex prima cōfessione rei: ꝛ allegat rationem dicens qđ reuocatio confessionis facte in iudicio si fiat in carcere nihil operatur: quia talis reuocatio fit extra iudicium nō autem in iudicio: ꝛ sic pariter videtur dicendum in reuocatione confessione facta super furca: ego autem hoc dictū Bal. hic nō approbo nec improbo sed me remitto ad ea que circa hanc questionem ꝛ circa hoc dictum Bal. dixi latissime vltra oēs in practica mea causarum criminalium. in. lxix. chart. cum sex chartis ibi sequentibus vbi omnino videas quia hanc questionem a nemine tactā nec discussam plene examinaui. Hippolytus de Marsi. ꝛc.

383 ¶ Clericus incedens sine habitu et tonsura. an ꝛ quādo perdat priuilegiū suū habet late per scribētes in. c. perpendimus. ꝛ in. c. audientis. ꝛ in ca. cū nō ab hoie. ꝛ in. c. contingit. el. ij. extra de sentē. excōmu. ꝛ satis late per Jos. an. in cōsilio suo incip. Quia sepissime ꝛc. insertū inter cōsilia do. Alexan. numero. ccccvj. ꝑm ordinem meum. ꝛ per Rapha. fulgo. in cōsilio suo. cxxiij. incip. presuppositis ꝛc. in. j. col. ꝛ per. d. Alex. in cōsil. viij. incip. videretur. circa primū. in. j. vol. et habetur etiā per do. Lauren. calca. in consilio suo. lxx. incip. pro dicto nicolao ꝛc. Scias tñ ꝙ licet clericus incedat sine habitu ꝛ tōsura: ꝛ immisceat se enormitatibus nō tñ ꝑ ista ista ꝑdit ꝑuilegiū fori: licet perdat priuilegiū. c. si quis suadente diabolo. xvij. q. iiij. ita dixit Jo. an. i. d. c. perpendimus. quem refert ꝛ sequitur Soci. in cōsil. suo. xij. inci. qm̄ in presentiarum. in. vij. col. ꝛ idē dixit Car. in. d. c. perpendimus. quē refert ꝛ sequitur Alexan. in dicto cōsilio suo. viij. in. iiij. col. in. ver. fortificantur ꝛc. pro quibus faciunt dicta per Spec. in titu. de senten. excōmunicatio. in. §. j. in verbo. sequitur vtrum ꝛc. Quem videas.

384 ¶ Dixi tibi supra in sing. clxxvij. inci. malitijs ꝛc. Quod malitijs hominū est obuiādum nedū recta sed etiam indirecta via nunc autem dico tibi circa eādem materiam aliud nota. verbum videlicet pone statuto cauet qđ oēs cause infra tres mēses decidātur sub pena: aduersarius causa testiū producēdorum quos dicit habere in lōginquis partibus petit dilationē ꝗ vltra

tres menses extēditur hoc casu nō obstāte dicto statuto dʒ audiri et sic post tres menses de causa cognoscetur. Ita dixit Dy. ꝛ Cy. quos ibi refert Bal. in. l. si cum ipse. ff. de excusatio. tuto. qđ dicit Bal. esse nota. dignum: ꝛ idem dixit Pau. de ca. in. l. interdum. in pnc. ff. de interdi. per illum tex. de quo etiā per do. Catal. i tractatu suo sindicatus: in verbo. lxvj. incip. adde ꝙ si statutū ꝛc. Et p Jas. in. l. properandū. in. j. col. C. de iudic. vide tamen nota. verbū Alexan. in. l. j. in prin. in vlti. colū. ver. Itē inquātū. ff. si qs ius dicēti nō obtemperauerit. vbi dicit ꝙ si iudex suspicat ꝙ pars petat talem dilationem ad pbādum per calumniā potest ei dare talem dilationē omni cōminatione quod si nō probabit mulctabit eū ꝛ ipso postea nō probāte poterit eū mulctare. allegat hoc voluisse Pet. de ancha. in. c. cōstitutus. de fideiusso. p. l. si quis dicat. ff. de manumis. ꝛ per. l. ius alimētorum §. penul. ꝛ ibi Bar. ff. de alimen. pupil. prestā. quod in practica dt esse nota. dignū sʒ Imo. in. d. c. constituēs. de fideiusso. Pro quo faciunt dicta per eundem Alexā. i. d. l. j. in. §. si. i vlti. col. versi. ex hoc nota ꝙ iudex. ff. si qs ius dicen. nō obtēpera. Tene menti quia istud dictum potest etiam inseruire quādo vnus cōpromittētium qui pmisit sub pena cū iuramento parere laudo. postea vult reclamare a laudo vt impediat seu differat executionē dicēdo se enormiter lesum. Nam poterit audiri etiā si hoc calūniose petat. Sʒ superior debebit sibi dare iudicem super tali asserta enormi lesione cum dicta cōminatione: ꝙ si nō probabit dictam allegatam enormē lesionē ꝙ mulctabitur in tantā: ꝛ hoc modo multi litigātes calūniosi abstinebūt se ab eorum calumnijs.

5 ¶ Dicit quoddam vulgare prouerbiū quod omne nimium vertitur in vitium quod probatur in. c. deniqꝫ. iiij. distin. et voluit glos. in. c. serpens. de penitē. distin. j. et text. in. c. nisi cum pridē. circa medium. de renunciatio. et ideo teneas mēti: ꝙ si testis laborat aliquo defectu ex toto nō repellit tamē si plura contra eum laborant in totum repellitur. Ita not. dixit Socin. in cōsilio suo cxviij. incipien. visa. ꝛc. i antepenul. colum. i versicu. postremo ꝛc. in. j. volu. ꝛ idem Barbac. in consilio suo. lxxv. incipiē. sapienter ꝛc. in. iiij. colum. i. iiij. volu. Pro quo facit regula illa vulgata videlicet que nō prosunt singula multa iuuant. de qua habet in. l. cum scimus. C. de agricolis ꝛ censibꝰ. libro. xj. ꝛ per gl. in. l. ij. i. §. etas. ff. de excusatio. tutu. ꝛ p Joan. andr. post. Specu. in titu. de instrumē. edic. §. nunc dicendum. in penul. col. ꝛ per Bal. in additio. Spec. in tit. de appel. in pe. char. i. ij. col. in ver. incip. no. ꝙ diuerse ꝛc.

6 ¶ Inualida licet regulariter nō sint in cōsideratione vt dixi supra in singulari. cclxxiiij. icipiēte: licet attamē hoc fallit in tribus casibus. primo enim fallit quando de iure aliqd non vʒ tamē princeps siue superior facit illud de facto seruari: tūc perinde est quo ad subditos acsi de iure valeret. Ita dixit Albe. đ rosa. in. l. cunctos populos. in vlti. col. C. de summa trinitate. vbi hoc tradit p regula et ibi per hoc determinat nota. questionem quod dictū pro nota. refert ꝛ sequitur Alexād. in consilio suo. cvij. incipiē. Pro inuestigatione ꝛc. in. vij. colum. i. ij. volu. ꝛ eos refert et sequitur Jaso. in. l. vbi pactū. in vlt. colum. C. de transactio. vbi post domi. Alexan. in dicto consilio dicit ꝙ idē tenet Cardin. et Joan. de imo. in. c. per uenit. đ fideiusso. ꝛ subdit etiam Jaso. ꝙ ad idem est glo. in. l. qui habebat. §. j. ff. đ manumiss. testa. que colligit vnū quod est mirabile secūdum eum vcʒ ꝙ quando aliquid non tenet de iure. ꝛ tamen nō potest hoc opponi est perinde acsi valeret. quod dicit Jaso. vbi supra esse signādum quia hoc seruit ad multa de quo latius ibi per eum: fallit etiā dicta regula i alio casu posito per Jo. and. i. c. Joannes. de cleri. coniugatis. vbi dicit ꝙ si clericus in minoribus cōtrahit matrimonium nulliter puta: qr contraxit cum consanguinea: priuatur tamē beneficijs perinde acsi legitime contraxisset ea ratione. quia saltē con-

traxit quantum in eo fuit quod dictum refert et sequit Ludo.ro.in consil.suo ccccİxxxiij.incipi.saluatoris suffragio postulato rc.alias icipit dubitatur primo vtrum rc.i.ij.col.in versic.iij.quia videm⁹ rc.vbi dixit q lex etiam penalis disponens in penam eius quod est legitime actum disponere etiam cēset in penam eius quod est nulliter actum dum tamen concurrat ratione indēnitatis ad quod etiā allegat Jo.andr.in c.j.eo.tit.de cleri.coniuga.r glo.ibidē dicentes constitutum in sacris matrimonium cōtrahentem r sic nulliter beneficijs priuari sicut legitime cōtrahētem ea ratione.s.ne melioris conditionis sit qui ɔtraxit illicite q̄ qui cōtraxit licite.allegat in argu.c.nup.extra de biga.vbi apertum est bigamiam induci per matrimonium cōtractum licet mulier omni eo casu quo induceretur p matrimonium legitime contractum. Ita ad literā dicit Lud.ro.i dicto suo ɔsilio.fallit etiā tertio dicta regula in casu quē posui in dicto singulari.cclxxiiij.icipi.licet.vbi videas.Hippolyt⁹ de Marsi.J.U.D.

387 ¶Taciti r expressi idē est iudiciū.l.cum quid.r ibi gl.r doc.ff.si cer.peta.l.q̄q̄.ff.d rit.nuptia.l.si cui.ff.d seruitu.in fitu.quibus modis re contrahi.obliga.i prin.r habetur in.l.quicquid astringende.ff.d verbo.obliga.et ideo tene perpetuo menti singulare verbū vcz q sicut confessio expressa facta per partem validat processum nullū vt dixi late in.l.j.in.§.diu⁹ antonin⁹.in.iij.et.iiij.colum.ff.de questio.quia confessio non requirit telam seu ordinem iudicij:r ibi dixi:r supra i singulari.ccj.incipien.in cōfessum rc.Et in singulari ccclxxiiij.incip.bene.r diligēter rc.Et in practica mea causarum criminalium in.xviij.charta.post medium. Ita etiā confessio tacita inducta per contumaciam a statuto volente q contumax habeatur pro confesso:nam talis confessio etiam validat processum nullū. Ita singulariter dixit Bart.in consi.suo.c.incip.a do.Cy.d Bononia rc.quem refert do.Nellus in tractatu suo bānitorum.i prima parte secundi tempo.j.q.xlix.incip.queritur an talis rc.in fi.qd est not.Hip.poly.de Marsi.J.U.D.

388 ¶Defensio non potest tolli alicui:maxime in causis criminalibus vt latissime dixi in.l.vnius facinoris.in.§.cognituru.in.ix.r in.x.col.ff.de qōni.r vt ibi dixi termin⁹ defensionis dz per iudicē dari reo etiam ipso reo non petēte:sm Bar.in consi.suo.c.incipiē.a do.Cy.de Bononia.i vlti.col.vbi ad hoc allegat tex.in.l.j.§.fi.ff.de qōni.r tex.in.l.si nō defendātur.ff.d pe.r idē tenet Barto.in.l.iiij.in.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infec.r Pau.de castr.in cōsil.suo xxxij.incip.super primo.i.ij.colū.r in consil.ccvij.incipien.super dubio rc.in iij.col.r Cepo.in consi.suo.xlj.incipiē.licet inuictus rc.i.iiij.col.circa princi.r in consi.suo.xlvj.incipi.titulus.i vlt.colū.quinimo ipsa defensio seu terminus ipsius nō potest per aliquod statutum nec per aliquam constitutionem tolli nec per aliquam confessionez arbitrij sublata esse videtur sm Ang.i cōsil.suo.clxxvij.inci.in facto proponitur rc.vbi ad hoc allegat.l.j.r ibi.Barto.ff.de testa.mili.de quo dixi i.d.§.cognituru.in.x.colū.r teneas mēti q lex r iura adeo fauent defensioni reorum:q licet pnceps de plenitudine potestatis possit tollere defensionem i causa ciuili r pecuniaria:tamen hoc nō pōt facere in causa criminali. Ita singulariter dixit Bal.in.l.iij.i.§.si is pro quo.ff.q quisq iur.qd dictum refert r approbat do.Feli..i.c.dilecti.i.vj.col.d except.r in.c.cum olim.i vlt.colum.de re iudica.r Soci.in consi.suo.cxx.incip.memini me alias consuluisse rc.in ix.col.in versicu.tertius casus rc.Et idē voluit do.Fran.de are.in consi.suo.lxv.inci.sicut Joānes.in.xiij.col.in versicu.ad obiecta rc.Et Soci.in cōsi.clxiiij.inci.visa bulla.in.vij.col.i versicu.tertius casus qn princeps.r in cōsi.clxxj.inci.in causa que vertitur.i.xx.col.in versi.tertius casus rc.vbi dicit q oēs docto.tenent hanc doctrinam Bal.r idē etiā videt dicere Bart.in.l.filiusfa.i.ij.col.in versic.sz an tūc.ff.de donatio.Et do.

Paris de puteo in tractatu sindicat⁹. in.xxx.char.in.iij.vol.in.c.incip.an potestas qui misit &c. De quo etiam dixi. in.d.§.cogniturum.i.xj.col.& in practica mea causarum criminalium.in.lv.& in.cxj.char.vbi videbis & i repeti.mea l.j.C.de raptu virgi.i.xliij.char. Tene menti predicta pp̄ter aliquos iniquos assessores qui sitibundi sanguine humano: pendente termino defensionis faciunt sibi fieri mādatum a supiore q̄ aliquibus nō obstantibus p̄cedant ad condemnationem & executionē ꝯ talez reū: q̄m nō possūt etiā tūc p̄cedere cō tra ipsum reū durāte termino defensionis alias ipsi assessores acriter sunt puniendi pro tali sententia et executione irreparabili: q̄d est singulariter notandum per predicta.

389 ¶ Tu scis q̄ natura correlatiuorum est vt dispositū in vno ex ipsis correlatiuis censeatur dispositū in alio vt ego latissime dixi in.l.si quis viduam.in.v. col.ff.de q̄onibus.& in.l.circuncidere. in.§.seruo.in.ij.col.ff.d sicar.& vltra ea que dixi in dictis locis scias q̄ si statutum disponit q̄ a snīa lata super executione instrumenti guarentigiati contra debitorem non possit appellari tale statutum extenditur vt versa vice si pronuncietur cōtra actorem petētē executionem instrūi predicti:& sic in fauorem rei puta instrumentū nō esse exequēdū non poterit similiter ipse actor appellare a tali snīa vt seruet equalitas iter litigantes. Ita no.dixit Ant.de but.in quodā cōsi.suo q̄d ꝯtrariū refert & sequit do.Bal.nouellus in tractatu suo de dotibus.in.x.char.in.iij.col.versi.sz vidi dubitatum de facto &c.vbi latius loquitur.ad q̄d faciūt optime q̄ ego dixi.s.i sing.clxviij.icip.equalitatis &c. Pro q̄bus faciūt optime dicta p Jas.in.l.sciēdum.in.§.si fundum.circa fi.versi vltimo not.&c.ff.qui satisda.cog. Et p do. Philip.decium in.l.nō debet actori.ff. de regu.iur.vbi omnino vide.& ex istis vna cū materia correlatiuorū limitat regula illa que dixit q̄ illud quod non dixit lex:nec nos dicamus :de qua habetur in.l.si seruum quis.in versi,non dixit p̄tor.ff.de acquiren.heredi.et in c.inter corporalia.in ver.vnde si circa &c.de trāsla.prelato.& in.l.liberto. in.§.largius.in versi.quesitum est.ff.de annuis lega.et in.§.optimum.in auc. de non eligen.secundo nubē.quia illa regula non procedit in correlatiuis in quibus lex non dicit nec mentionez facit de vno correlatiuo:tamen idem dicitur esse statutum in alio.ad que vide etiam Barba.in consi.suo.incip.circa hanc &c.in.v.&.vj.col.q̄d cōtrarium est insertum inter consilia Alex.& in numero est.cccxcvj.& Bal.in auc.ex testamēto.in vlti.colū.C.de secun.nup.& vide etiam tex.in.l.vnica.in.§.sinautem ad efficientis.C.de caducis tollēdis.que omnia tene menti.

390 ¶ Tu scis q̄ excusso debitore & eo reperto non soluendo excutiunt possessores bonorū suoꝝ p̄ rata.l.ij.C.d debito.ciuitatū.li.xj.l.j.§.si plurib⁹.ff.si q̄d in frau.patro.l.si libert⁹.la.iiij.ff.d bo. liber.l.cū possessor.ff.d cēsi.cū si.scias tū q̄ si sunt plures tertij bonoꝝ possessores i q̄s sit facta alienatio a debitore i fraudē creditorū q̄ hoc casu creditor pōt eligere vnū ex his possessorib⁹ quē velit:et eum insolidum conuenire quatenus ad eum peruenit:nec tenetur oēs possessores pro rata simul conuenire. Ita no.determinat Bar.i.l.mo schis.in princ.ff.de iure fisci.per illum tex.iuncta glo.in verbo oēm.& per tex. vbi dicit hoc esse expressum in.l.creditores.ff.de distra.pigno.vbi idem firmat ipsemet Bar. q̄d dictum refert et Jās.in.§.item si quis in fraudē.in vlti. col.institu.de actio.et vltra eum hanc partē affirmat Specu.in titu.de obliga.& solutionibus.in.§.j.l.xxij.colum. versi. Item debitor meus &c.q̄d est singulariter notandum in contingentia facti q̄r prima fronte videret dicendū cōtrarium p iura hic in prin.allegata. & vide Pau.de cast.in.l.eandē.in prin. in vlti.col.ff.de duobus reis. Hippolytus de Marsi.&c.

391 ¶ Pena d3 tenere suos auctores & nō alios vt habemus regulam tritam et vulgatā in.l.sancimus.C.de pe.& in.l.

si heredis seru⁹.§.fin.ff.d.lega.j.⁊ habetur etiã in.l.iij.in.§.si emancipatus.ff.de bono.pos.contra tabu.⁊ in.l.si q̃s p̄se ns.⁊ ibi dixi.ff.d fal.⁊ ideo teneas menti q̃ si ex forma statuti ministrales capellarum debent denunciare maleficia:⁊ si aliquis ministralis idiota qui nescit scribere vadit ad notarium ⁊ facit q̃ ipse notarius scribit denunciam: et ille notarius scribẽs erat in nomine delinquentis vel in alio q̃ hoc casu iudex corã quo fuerit producta talis denunciatio non poterit punire talem ministralem cũ ipse non deliquerit in aliquo. Ita no.dixit Bal.in.l.ij.C.d errore aduoca.quod dictum ego retuli i.l.qui falsam.in.xj.col.post me.ff.de fal.in materia ignorantie tene menti:quia alias vidi hoc in contingentia facti in hac ciuitate Bononie:⁊ nisi ostẽdissem dictum Bal.ille ministralis fuisset condemnatus licet esset innocens.

392 ¶ Aduertas ad vnũ quod alias fecit mihi honorẽ ⁊ vtilitatem non modicã: nam tu scis q̃ quãdo res furata reperitur penes vnum talis inuentio facit contra eum indicium ad torturam:qd ipse etiã furatus fuerit nisi ostẽdat eã a quo habuit fm Barto.in.l.fin.in pe.colum.ff.de questio.⁊ in.l.ij.⁊ in.l.milites.C.eo.titu.d questio.⁊ voluit Ang.in.l.ancille.C.de.fur.⁊ ange.de aretio intractatu maleficiorũ.in verbo:fama publica.i.ij.char.in ver.quero an vnũ indicium ⁊c.Et per do.Paridez de puteo in tractatu sindicatus.i.xcvj.char.in.ij.col.ver.si quis est inuẽt⁹.circa fi.⁊ alex.in ɔsi.ccv.inci.ponderatus.i.ij.col.in.vj.volu.De quo latius dixi adducendo plura similia in.l.q̃ falsam.in xiiij.⁊.xv.col.ff.de fal.⁊ i practica mea causarũ criminalium.in.xlix.char.Teneas tamen menti perpetuo q̃ p̄dicta nõ hñt locũ in homine bone cõditiõis vite ⁊ fame:q̃ si res furate reperiant̃ penes eũ.per hoc non poterit torqueri Ita not.dixit Bal.⁊ Jo.de imo.i.l.fin.ff.de here.insti.⁊ voluit Sali.i.l.fi.i vl.col.C.de qõ.vbi dat exẽplũ in strazarolis bononiensib⁹ ⁊ eũ refert ⁊ sequit̃ do.Augu.de ari.i suis additio.ad.An.de are.in tracta.maleficiorũ.in verbo: fama publica.in.iij.char.in additio.msa gna incip.tu autem in hac materia adde qd miror ⁊c.in.ij.col.⁊ in eodez tracta.in verbo:⁊ vestẽ celestẽ.in.v.char.in additio.incip.tu autẽ in quantuz tangitur hic ⁊c.de quo latius valde locutus sum in.d.l.qui falsam.vbi supra.et ideo sis cautus qñ tu esses aduocatus alicuius rei penes quez reperiunt̃ res furate vel alie res suspecte alicui⁹ delicti quod statim probes de bona voce ⁊ fama ipsius rei nam facta tali probatione est sublatũ indiciũ ortũ ꝯ eũ propter inuẽtionẽ aliquarũ rer̃ penes eũ existẽtiũ per dictas doctrinas.⁊ ego superioribus annis cũ hac cautela ⁊ modo defensaui ⁊ liberaui a pena mortis quendã magistrũ Lazarum armarolũ penes quẽ fuerãt reperte monete false ⁊ stãpe earum quas deposuerat penes eum quidã amicus suus in quadã capsa:vt etiã retuli in.d.l.qui falsaz.Tene menti q̃ non fallor est singularissimũ verbũ honoris ⁊ vtilitatis plenum Hippolytus de Marsi.J.U.D.

393 ¶ Regula semel mal⁹ semp̱ presumitur malus ⁊c.est magne importantie et plura operat̃ vt dicũt docto.in plurib⁹ locis ⁊ dixi ego aliq̃d in.l.j.in princ.in vlt.col.ff.de qõni.⁊ in.l.maritus.i.vj.col.versi.modo queri põt ⁊c.eo.tit.cũ pluribus versi.ibi sequentibus.⁊ i singulari meo.ccxvij.icip.ter vel quater.⁊ in singulari.cxxiiij.incip.tu habes ⁊c.⁊ in.l.j.in.prin.i.xj.col.ver.xvj.limita ff.de sicar.⁊ i.d.l.j.§.diu⁹ adrian⁹.in vlt.col.eo.ti.⁊ in rep.mea.l.fi.C.de p̱batio.in.lxxxiij.char.in versi.quero vlterius ⁊c.vbi oĩno videas.Scias tamẽ q̃ dicta regula habet etiã locũ ecõuerso vez vt semel bon⁹ semp̱ p̄sumat̃ bonus ⁊ ideo dixit Bal.multũ sing.in cõsil.suo.cxj.incip.quidã nomine rector⁹ ⁊c.in.v.volu.q̃ lz al̃s incendiũ presumatur ortum culpa et defectu inhabitãtiũ:tñ vbi inhabitãtes i domo erãt cõsueti esse vigiles ⁊ prudentes tũc si alia indicia cõtra eos nõ apparẽt non tenentur de incendio licet vt dixit icẽ diũ presumat̃ ortũ culpa ihabitãtium

quod dictū refert & sequitur Alex.i.l. si quis ex argētarijs.i.§.pretor ait.in vlt.col.ff.de edēdo.& idē dixit gl.in dicta regula semel mal⁹.de regu.iur.in vj.que dixit ꝙ semel bon⁹ semꝑ presumitur bonus.& illud cōsiliū Bal.etiā refert & seqtur Alex.in cōsi.l.icip.visis &c.in vltimis verbis.in.j.vol. Pro quibus facit optime nota.verbum Archi.in.c.hoc ius porrectū.x.qō.ij.vbi dicit ꝙ prelatus qui cōsueuit bene administrare presumit in vtilitatem ecclesie cōuertisse prectū rei ecclesie:qō dictum refert & sequitur Bal.i.c.cū causa.ante fi.extra de re iudi.qō dicit esse no.dignū. Tene menti predicta qr seruient tibi ad multa.

394 ¶ Calor iudicij est magni effectus et importantie vt late ostendi plura adducendo in repe.mea rub.C.de pbatio.in.xix.&.xx.col.vbi videas:sʒ vltra ea que ibi dixi teneas ꝑpetuo mēti singulare verbū vcʒ ꝙ promissio facta in iudicio habet executionē paratā sicut instrumētū guarētigiatū. Ita no.dixit Bal.in.l.eū pro quo.ff.de in ius vocā. de quo etiā ibi per doc.& per Alexād. in.l.tale pactum.in.§.qui puocauit.ff. de pac.& addere potest etiā Bal.i.l.fi. C.arbi.tut.vbi dicit ꝙ idē operat vbū credo in iudicio ꝙ operatur verbū precisum.s.affirmatiuum.ꝑ quibus etiaʒ facit glo.& ibi Pau.de cast.i aut.generaliter.C.de epis.& cle.que oīa addere poteris dictis per me i dicta repet. mea.in.xix.&.xx.col.

395 ¶ Dubitarūt docto.i plerisqʒ locis si statutū punit portantē rē ꝓhibitā an requirat apprehēsionem ꝑsone ad hoc vt talis portans possit puniri.de quo habetur ꝑ Bal.i.l.si fugitiui.C.de ser. fugi.& per Barto.i.l.qui fiscales.C.de nauicula.lib.x.& per Bal.in.l.oēs populi.in pe.col.ff.de iusti.& iure.& i.l.si quis non dicam rapere.in.ij.col.C.de episco.& cleri.& in.l.cum inter.C.de donatio.ante nup.et in.l.cum proponas. in princ.C.de.nautico feno.& per Bal. & Ang.in.l.arboribus.§.iulian⁹.ff.de vsufruc.& per Bal.in.c.nam concupiscētia.extra de constitutio. Teneas tamen perpetuo menti ꝙ si officialis inuenit aliquem cum armis:& eum nō apꝓhenderit:si tamen fecit eum scribi in actis scilicet qualiter eum inuenit cum armis tali die & loco:talis scriptura sine captura operabitur:vt talis inuentus cum armis & nō captus poterit puniri. Ita no.dixit Bal.in.l.ictus fustiū. ff.de his qui notan.infa. Pro quo dicto est glos.in.l.j.in verbo deprehēsus.C. vbi senato.vl' clarissimi. De quo dicto feci mentionem in practica mea causarum criminalium.in.vj.pro complemēto.numero.xxvij. Quod dictum nefandissimum esset docere istos modernos barisellos ribaldos & sceleratissimos &c.

396 ¶ Verisimilitudo est magne importātie & effectus vt dixi tibi satis ample i l.j.in princi.in antepenul.colum.versicu.quo autē ad tertiam speciem &c. ff.de qōnib.& in singulari meo.cccvij. incipien.remotum &c. Et in singulari. cccxliij.incipien.verisimilitudo &c.& in repetitio.mea rubri.C.de probatio.in xxiiij.& in.xxv.colum.sed vltra omnia que dixi i dictis locis teneas mēti etiā in materia illa nota.verbum quod nō sum memor alibi vidisse videlicet Bal. in.l.si creditoris.in lectu.ātiqua.C.de fideicommis.quē refert & sequitur Soci.in consi.suo.cxlix.incipiē.causa ambrosij.in vlti.colum.vbi dixerūt quod vnum verisimile additum pluribus verisimilibus facit plenam probationem quod est multuʒ nota.in dicta materia verisimilitudinis circa quam materiā vide etiam singulare verbum succi plenum domi.Franc.de are.in.c.cum.p. manconella.in.vij.colum.extra de accusatio.vbi dixit qō ad hoc vt credatur socio criminis etiam in criminibus exceptis vltra alia adminicula & coniecturas requirit quod vel ex numero testium vel ex qualitate deponentium vel ex persona eorū contra quos deponitur verisimile sit eos non mentiri.ad quod dicit esse casuʒ in.c.in fidei.§.fi. de hereti.i.vj.quod est singulariter notandum in practica. Hippolytus de Marsilijs.J.V.D.Bononien.

397 ¶ Arbitriũ si sit datum iudici in criminalibus: tũc solum videt sibi datum tãtũ in illis in quibus pena nõ est expressa: secus autẽ in illis quibus pena est expressa per statutum principis: ita dixit do. Flo. & Pau. de castro i. l. certo generi. §. fi. ff. de fun. rustico. predio. de quo ego feci mentionẽ in. l. j. §. sed et si q̃s. in. ij. col. ff. de fal. & de isto arbitrio dato iudici aliqua dixi in. l. questionis modũ quia per totum maxime. in. iij. & v. col. ff. de questio. & plura dixit Catal. in suo tractatu sindicatus. in versic. & in pluribꝰ alijs versi. & scias tu etiã circa hãc materiam arbitrij q̄ in his que sunt cõmissa arbitrio iudicis debet ipse iudex seruare equitatẽ: fm Ioan. and. in. c. j. de constitutio. quẽ refert & sequitur do. Feli. in. c. qm̃ frequẽter. in §. porro. i. ij. col. extra vt lite nõ cõtest. & perpetuo teneas mẽti circa hãc materiam arbitrij dati alicui iudici vꝫ q̄ qualitas iudicis vel officialis cui cõceditur arbitriũ est considerãda. Naꝫ si est potestas qui est magnus magistratus cui conceditur arbitriũ poterit bona confiscare: & penam corporalem imponere: sed secus si sit minor magistratus cui sit concessum tale arbitriũ q̄ tali vigore talis arbitrij nõ poterit bona cõfiscare nec penam corporalem imponere. Ita singulariter dixit Bal. in. l. j. C. ne sine iussu prin. quẽ refert & sequitur Io. de ana. in. d. c. super his. in. v. col i. fi. in versi. Itẽ adde. de accusa. ex quo dixit Bald. & Ioan. de ana. q̄ si alicui minori iudici datur arbitriũ contra ludentes ad taxillos non poterit tamẽ bona cõfiscare: q̄ arbitrium intelligit fm dignitatem eius cui cõceditur. argu. l. plenuꝫ. §. equitũ. ff. de vsu. & habitu. & ideo dicit Bal. vbi supra q̄ precepta & bãna iudicum que dicunt in ere & in persona nõ tenẽt nisi tales sint iudices qui hoc possunt fm amplitudinẽ sue potestatis: qđ ẽ singulariter not. & vide que dixi in singulari. cccxliiij. ici- vie & tu scis &c.

398 ¶ Dixi tibi als in. l. vnīꝰ facinoris. in §. custodie. in pe. col. ff. de questio. q̄ si feci capere: & carcerare debitorẽ meũ et postea petam me immitti in possessionẽ bonorũ suorum q̄ debeo admitti q̄ ista duo remedia tendũt ad eundeꝫ effectum: & vnum nõ est cõtrariũ alteri fm Bar. in. l. ꝯsentaneum. C. quomodo & quãdo iudex. i vlti. colũ. & Bald. i. l. ignorare. C. de restitu. milita. & Pet. de anchar. in. c. j. de eo q̄ mitti. in possess. rei seruan. causa. de quo latiꝰ valde dixi in. d. §. custodie. in dicta penult. col. vbi omnino videas &c. Sed modo predictis addo nota. verba Bal. in. c. contingit. in. vj. colum. de dolo & cõtu. vbi dicit q̄ captura rei principalis non liberat fideiussorem. Sed dicit qđ imo vterq̄ potest capi. ad qđ allegat. l. heres a debitore. §. qđ si seruꝰ. & ibi Bar. ff. de fideiusso. & allegat rationẽ dicẽs qđ licet sit deuẽtuꝫ ad capturam non tamen est satisfactum & idem dicit ecõtra vcꝫ qđ si p̃mo est captꝰ fideiussor qđ potest etiam capi reus principalis nec iuuatur reus si fideiussor appellat a captura: vt in. l. creditor. ff. mandati. in prin. vbi glos. singularis de quo latius ibi per eum quẽ vide: & vide Paul. de cast. in. l. inter eos. in. §. creditor. ff. d fideiusso. de quo etiam late dixi i practica mea causarum criminalium in. cclx. char. post me. & i repe. mea rubrica. ff. de fideiusso. in. lix. q.

399 ¶ Multi sunt iudices qui vt ita dixerim velo eleuato interponunt eorum autoritatem in contractibus minorum vel mulierum vel similium personaruꝫ que tamẽ interpositio autoritatis non vꝫ & nihil operatur: & ideo scias & perpetuo menti teneas qđ si statutũ dicit qđ mulier vel minor non possit se obligare sine autoritate iudicis qđ tũc nõ sufficit qđ iudex autoritatem interponat nisi contineatur de instrumento illo quod adhibuit cause cognitionem & qđ reperit illum contractuꝫ cedere in vtilitatem minoris vel mulieris vł alterius contrahentis. Ita singulariter dixit Paul. de castr. in. l. cum hi. in. §. si pretor. ff. de transactio. et allegat rationem dicens quod si statutum noluit committere iudici rem negligẽdã vel donandam sed perquirendam et alle-

gat Specu. in titu. de emp. & vendi. i. §. nunc dicendū. in versic. et breuiter. et subdit Paul. de castro vbi supra quod licet aliqui dicant quod vbi reperitur interpositum decretū iudicis presumatur adhibita cause cognitio: quod tamē hoc non videtur verum per illum text. nisi in instrumento expresse hoc dicatur: et allegat Bald. in. l. j. C. de fide instru. et iure haste fisc. lib. x. et subdit etiā ipse Paul. de castro vbi supra quod vbi reperitur decretum iudicis interpositum cū cause cognitione quod tunc cessat presumptio fraudis et doli & metus: vt no. i. l. j. C. de predijs curia. lib. x. & dicit videndum esse Bal. aliqua dicen. de decreto iudicis in. l. j. i pe. colū. C. qui admitt. que omnia ego retuli in. l. qui cedē. in vlti. col. ff. de sicar. Tene menti hoc dictum qd alibi nō vidi ex quo poteris facere corruere mille instrumenta publica hippo. de Marsi. J. U. D.

400 ¶ Sepius iudices maleficiorum formant inquisitionem contra malefactores et auxiliatores & nō intelligunt recte materiā auxilij cooperatiui. & ideo scias tu quod ad hoc vt aliqui dicantur auxiliatores vel socij alicuius delinquentis et possint puniri de auxilio oportet qd ad hoc fuerint pncipaliter adunati seu insimul cōgregati vt habet in. l. iij. in. §. homines. ff. vi bono. rapto. & si apparet in facto omnes fuisse pariter i rixa: & omnes fuisse parit pncipales tūc omnes prout deliquerunt sunt puniendi. Ita dixit Pet. de anch. in consi. suo. ccxvij. icipi. nos bartholomeus de salice. &c. circa fi. quia nescitur tūc quis fuerit principalis delinquēs. & quis fuerit auxiliator et ideo tūc nemo poterit puniri de auxilio quod secus esset s3 eū quādo hoc sciret. allegat Barto. in. l. si is qui. i. §. si initium. ff. de fur. qd etiā voluit Bal. in consi. suo. ccxxix. incipi. verba inquisitionis &c. in vlti. col. i. iij. volu. & do. Alexan. in. l. si duo patroni. in prin. in ver. in glo. in verbo alteri &c. ff. de iureiurā. & rationē huius allegat. Pet. de anch. in dicto cōsi. vc3 qr dicta incertitudo pncipalis delinquētis infert i accessorio impotentiā procedēdi & per cōsequens nullitatem si procedatur. de qua materia lati9 valde dixi in practica mea causarum criminaliu3. in xix. char. cum pluribus char. ibi sequētibus: & dixi etiam i. l. nihil interest. in v. col. ff. de sicar. & in. l. fi. in. vj. & vij. co. eo. titu. tene menti predicta qr sunt notabilia & multū quotidiana: & ego ista habui i facto pluribus & pluribus vicibus. Hippolytus de Marsi. J. U. D.

401 ¶ Nescio aliquē cōtractum i quo requirant plures solennitates & maior numerus testium quam in testamētis vt satis patet i toto titu. ff. & c. & extra. de testa. & hoc merito volūt iura quia in ipsis testamētis tractat de magno & graui preiudicio pluriū personarū scilicet heredis legatariorū executorum ac etiā venientiu ab intestato necnō etiā testatoris: scias tū quod licet testes nō habētes cōtestes dicātur singulares & per cōsequens nō probent vt hr in. l. ob carmē. in. §. fi. ff. de testi. & in. l. qui falsa vel varia. eo. tit. & in. c. l3 vniuersis. de testi. cū simi. Attamē si septē testes deponāt de testamēto & sint cōtestes: & tamē nullus eorum deponat nisi de presentia sua qr interrogati an alij fuerint pntes: dicūt se nō recordari. ex quo videt singulares: tū tales testes faciūt plenā probationem. qr dicuntur contestes. Ita dixit in terminis singulariter Pau. de cast. in. l. fi. ad fi. C. de bon. pos. s3 tabu. vbi ad hoc allegat Specu. in titu. de inquisito. i. §. nunc tractemus. i versi. item sufficit. quod dictum pro valde not. refert & sequit do. Rochus de cur. in. c. fi. i. xxxj. char. in. j. col. extra de consuetu. de quo lati9 per Jas. in. d. l. fi. i. xv. co. quod est perpetuo. notan.

402 ¶ Quāte vtilitatis roboris ac firmitatis actuū iudicialiū & extraiudicialiū sit iuramētū oēs maxime iuris professores sciunt: & vere pōt iuramētū iocose loquēdo equiparari herbe betonice que vt asserunt medici habet virtutes innumerabiles sic iuramentum: nam vt plurimum validat: inualidat & eis dat fomentum et robur. et sepius sine iuramento actus corruunt vt videmus in testib9 quorū dicto nō fiat sine iuramē-

to vt habetur in.l.iurisiurandi.C.de te=
sti.et in.c.tuis q̄onibus.extra eo.tit.et in
c.itē iurisiurādi.xxij.q.iij.et in.c.horta
mur.iij.q.ix.cū simi.et videmus etiā ge
neraliter loquendo quod hoc habet lo
cum quoties ex forma statuti vel alte=
rius dispositionis standū est dicto i ali=
qua vel causa. Nam tūc non stabit di=
cto alicuius nisi primo ille talis cuius
dicto standū est iurauerit sic esse vel sic
sibi videri.ita dixit Angel.i repetitio:
l.si vacātia.C.de bonis vacan.lib.x.in
ij.colū.vbi dicit quod licz ex forma statu
ti debeat stari simplici verbo nuncij: q
tamen eius dicto non stabitur nisi primo
sit iurat9.allegat ad hoc bonum text.
in.l.theopompus.ff.de dote prelegata.
quod dicit esse vtile ad statutū volēs qd
stetur simplici verbo accusatoris de dā
no ei dato.qd sibi nō creditur nisi pri=
mo iuret:ad quod plura allegat quam
doctrinā Ang.refert et sequit do.Ma=
ria.soci.in repeti . c.q̄liter et quādo.el
ij.de accusat.in.vij.q.none.in.pri.et Lu
do.ro.in.l.j.in.§.fin.in.iij.col.ff.de ver
bo.oblig.pro quo facit text.in.c.j.circa
medium.de frigi.et malefi.iuncto tex.i
c.ꝯtinebat.de desponsa.impub.et tex.
in.l.cū pactiones.circa fi.C.de fide in=
stru.et ibi dixi.et faciunt dicta per Joā.
de ana.in.c.significasti.el.ij.in.vj.colū.
ver.circa secundum etc.de homi.et facit
etiam qd dixit Ange.et Pau.de cast.in
l.de pupillo in.§.q̄ opus.ff.de oper.no
ui.nunciatio.vbi dixerunt qd vbi cōmit
titur aliquid cōscientie alicuius per.l.
vel per principem: si vult quod ei9 sen
tentia valeat nec possit infringi req̄ri=
tur quod ante ei9 declarationē seu sen
tētiam iuret quod ita dictat sibi cōsciē
tia sua: qd dictū refert et seq̄t do.Ale=
xan.i cōsil.suo ccxvij.inci.visis verbis
dicti.etc. Ad q̄ vide etiā Jason.in repe
ti.l.admonendi.in.lxxxvj.co.de iureiu
ran.et in.l.apertissimi.in.fin.C.de iudic.
de quib9 oibus lati9 dixi ego in repe
ti.mea.l.fin.in.xxvij.char.post mediū.
C.de pbatio.et hr etiā de materia per do.
Feli.in.c.significasti.el.j.in.fi.de homi.
et latius per eum in.c.quia iudicāte.in
j.col.de prescriptio.et teneas mēti per=
petuo quod adeo ē verū hoc quod ali
cui non creditur sine iuramento: quod
istud est verum etiam in confessione.
Nam etiam confessio non iurata non
probat. Ita nota.dixit.do.Anto.de but.
in consilio suo.xxj.incipien. viso etc.in
verbo: ad secundum etc.quod tene men
ti ad multa.

403 ¶ Superioribus annis dixi tibi plu=
ries i voce et etiam i scriptis maxime
in repetitio.mea rubr.C.de pbatio.in
lxxxiij.colū.cum sequen.quod quādo
plures fuerunt in rixa et vulnerati fue
rūt aliqui et nescitur a quibus vulnera
ti fuerint: quod nemo punitur vera pe
na delicti: et hoc propter incertitudinē
cū melius sit nocentē absoluere quam
innocētem condemnare.attamen nu=
per dico tibi vnum perpetua memoria
dignum i illa materia vcz quod si plu=
res fuerunt in rixa et mortui sunt aliqui
vel vulnerati: et nescitur a quibus quod
tali casu si apparet qs fuerit inceptor
rixe quod tūc ille solus punit. de ho=
micidio vel de vulnerib9 ne delicta re=
maneant impunita. Ita dixit multum
notabiliter do. Bonifacius de vitalinis
de mātua i tractatu suo maleficiorum.
in tit.de insultu.et percussiōe etc.in.vij.
colū.in versi.sunt tamen qui dicunt etc.
Ubi ad hoc allegat optimum tex.in.l.
quoniam multa.C.ad.l.iuliam.de vi pu
bli.in versicu.i eum qui vim facere ten
tauerit etc. De quo ibi latius per eum
quod dictum fuit originaliter Bal.quē
ipse nō allegat in.l.j.in.vj.col.versi.sz
quero qui dicantur principales etc.C.
de seruis fugitiuis.vbi ad hoc allegat
illū tex.d.l.quoniā multa.quod etiam
voluit Alexand.in.l.fin.i.vj.apostilla
ff.de sicarijs.et Cepo.i ꝯsi.suo.xxxiiij.
incip.si vnq̄z.in.iiij.char.in vulti.colū.
quod etiam voluit Gandi.in tractatu
maleficiorum .sub rubr.de defensioni=
bus a reo faciēdis.in.iij.col.versicu.j.
incipiē.sed pone quod ego etc.qd etiā
voluit Jaco.de beluiso.in practica sua
iudiciaria causarum criminalium sub
rubr.de questionibus.in.ij.colum.in.fi
ne.quod et Pau.de castro.in cōsi.cxcij.
incipiē.in causa.in.ij.col.quod teneas

menti perpetuo: quia est magne importantie: et multos perire faceret etiam forte innocentes. vide tamen omnino que dixi in.l.j.in.§.diuus adrianus.in vlti.colū.in princi.ff. de sicariis. et do. Barth.cepo.in cōsi.xxxvj. incipiente: in casu isto.in.iij.col.pro quo dicto est not.tex.in.l.in hoc iudicio.ff. de seruo corrupto.

404 ¶ Forum sortitur pluribus modis et ex pluribus causis vt ratione originis ratione incolatus ratione cōtract⁹ ratione destinate solutionis. Item rōne delicti vt habet in.l.fi.C.vbi in rem actio.i.l.ij.ff. de iurisdi.om.iud.in.l. heres absens.§.j.ff.de iudi.et in.c.romana.§.contrahentes de foro compeṫen.in.vj.et in.l.contraxisse.ff.de actio. et obligatio. De materia fori contracti vide in repertorio meo.in litera.F.in vj.char.in vlti.no.et etiam aliis pluribus rationibus et causis sortitur forū vt per doc.in dictis locis et latius per Berthachinū in suo repertorio in verbo forum.in.ij.col.in.ix.vs.Et per do. Feli.in.c.dilectus filius.el.ij.per totū.extra de rescri.et habet late per.d. Fel.in.c.dilectus fili⁹.el.ij.per totū. extra de rescri.Sed vltra oēs istos patres dicas qd et ratione mādati mandans sortitur forū etiam in criminalibus et ideo teneas mēti q si titius existens Florentie vel in alia ciuitate mādat seio q aliquē interficiat et ille eū interficiat hic in hac ciuitate qd si talis mādās reperiat hic quod ita poterit hic puniri sicut principalis occisor. Ita multū singulariter dixit Pau. de cast.in.l.vt proponitur.ff.de fideiusso.quod nō memini me alibi legisse. Tene mēti qr ē ♃e no.♃bū i practica.

405 ¶ Ius sibi dicere nemini licet vt habetur in.l.j.C.ne qs in sua causa.et in l.ꝗ iurisditioni.ff.de iurisdi.om.iudi. et in.l.iulian⁹.ff.de iud.et in.l.extat.ff. quod metus causa.et in.l.si quis in tantam.C.vnde vi.cū simi.hāc tamē regulam limita singula.in vxore que habet virū cui fuerūt cōfiscata omnia bona sua: nā tunc vxor potest in res suas detentas per virum imponere manus autoritate propria ne occupentur per fiscum. Ita singulariter dixit Ange.in l.si quis.la.ij.post princip.C.de bonis damnator.et ibi subdit quod cauta debet esse mulier vt cum timet quod bona mariti confiscentur vel cum videat bonā mariti confiscata quod nōn expectet autoritatem iudicis pro occupādo bona sua sed ipsamet manū iniiciat quantuncunq detinerentur per virū: et probat per illum textum ibi: quod. dictum pro valde no.refert et sequitur dominus Augustin.de arimi.in additio.ad Ang.de are.in tractatu maleficiorum.in verbo: et eius bona publicamus.in.iij.char.in prima additio. inci Tu autē in hac materia adde pu chra verba.Ang.etc.vide tamē omnino que ego dixi in.l.si qs ne questio.in.iij.c.o. ff.de questio. et vide etiam que p ostea ibi dictis addidi.et in materia quādo quis possit sibi ius dicere propria autoritate.vide Bar.in.l.generali.circa fi.C.de decurio.lib.x.et Bal.in.c.cū ex officij.circa medium. de prescriptio. vbi dicit quod in his que nō requirūt formalem strepitum iudiciorum in illis potest quis sibi ius dicere propria autoritate: et vide ēt Alexā.in.l.si ali⁹. in principio.ff.quod vi aut clā. et Bal. in.d.l.vnica C.ne qs in sua cā.in vers. iuxta predicta etc.

406 ¶ Capias nota. verbum in materia possessionis qd forte paucis est notum vcz quod licet ille qui non habet possessionem ciuilē vel naturalē: sed nudam detentationem tantum non habeat interdictum vnde vi.vel vti possidetis.vt habetur in.l.j.§.deiicitur. in fi.ff.vnde vi.talis tamen detētator habet officium iudicis vt restituatur sibi detentatio ablata: vel vt in ea defendatur. Ita dixit Paul. de castro in l.acquilius regulus.per illum text.ff. de donatio.qd dicit esse perpetuo notādum ad qd dicit facere.l.hec aūt.ff. quib⁹ ex cāis in possessio.eatur. et qd no.in.l.j.§.necessario.ff.si mulier vē. nomine. Itē subdit ēt Paul. de ca.qd possessori datur officium iudicis.qd est vtilius ꝙ agere interdicto: qr in in-

nemini licet ius sibi dicere — fallit in muliere propter

[illegible]

terdicto oportet dare libellũ: ⁊ ordinarie procedere: ⁊ potest etiam implorare officiũ ne turbetur ⁊ vt precipiatur turbatori: vt desinat. allegat. l. si. ff. de officio procura. cesa. ⁊ l. si de possessio. C. de transac. Tene mẽti quia hoc pluries euenit in facto.

407 ¶ Nõ o[m]is metus est sufficiẽs ad rescindendũ contractum qui dicitur metu fact[us] s[ed] ad hoc req̃rit met[us] cãdens in cõstãtẽ virũ: alias minor met[us] nõ rescinderet cõtractũ. ita probat. in. l. iij. ff. q[uod] metus causa. ⁊ in. l. interpositas. C. de transactio. vide in reptorio meo in litera. M. in. iij. char. in vlti. no. ⁊ in c. veniẽs. de spõsa. ⁊ c. cõsultationi. e. titu. cũ simi. ⁊ idẽ est in [con]tractu mulieris. Nã ad hoc vt met[us] annullet cõtractũ mulieris debet esse talis qui cadat in cõstantẽ mulierẽ. Ita dixit do. Ant. in c. consultationi. de spõsa. ⁊ Lu. roma. in sin. suo. ccxxix. inci. Tu scis ⁊c. allegant gl. in. c. cum locũ. de sponsa. tu in simili dicas idem esse in dolo: nam ad hoc vt propter dolũ. qui adhibetur in cõtractu ipse cõtractus rescindatur: requiritur q[uod] sit talis dolus q̃ cadat in prudentem virũ: et ideo nõ om[n]is dolus annullat contractum. Ita not. Inno. in c. cũ dilectus. extra q[uod] metus cã. quẽ refert ⁊ sequit[ur] Bal. in rub. C. de rescindenda venditione. ⁊ Bal. in margarita sua. in verbo metus. ⁊ d. Alex. in. l. eleganter. ff. de dolo. q[uod] dictũ teneas menti q[ui]a sepe cõtingit de facto. ⁊ ego hoc dictũ practicaui proximis diebus in quadam causa non leui: ⁊ obtinui licet haberem durum aduersarium.

408 ¶ Attende ad vnũ cuius contrariũ quilibet prudens prima facie diceret vez testis examinatus deponit et dicit aliquid factuz fuisse presente tali ille aũt examinatus an fuerit presens illi actui dicit q[uod] nõ an per talem cõtradictionem dictum illius testis reprobet[ur] certe videret[ur] dicendũ indubitãter q[uod] sic cũ videat[ur] clare ⁊ manifeste cõstare de mẽdacio dicti testi[s]: attñ dicas q[uod] p[er] talẽ [con]dictionẽ nõ reprobat[ur] dictũ illi[us] testis. Ita no. dixit bal. i. l. testiũ. i. iiij. col. v[er]. mõ hic insurgit dubiũ ⁊c. C. de testi. quem refert ⁊ sequit[ur]. Alex. in consi. suo. ccclxxxvij. inci. visis ⁊ põderatis his ⁊c. in pe. col. vbi etiã ad hoc allegat Bar. i. l. j. i. §. j. ff. de aut. tu. ⁊ Bal. Ang. ⁊ Imo. in. l. heredes palã. in pn. ff. de testa. ⁊ Bal. i. l. j. i fi. C. de bo. pos. s[ecundu]m tabu. ad q[uod] etiã vide Alex. in cõsi. suo. lxv. inci. visis p[ro]cessib[us]. in pen. col. in. ij. vol. ⁊ faciũt optime dicta p[er] Bal. in consi. suo. xxxvij. incipien. quidã tabellio ⁊c. in. iij. volu. ⁊ idẽ tenet Jaso. in. l. ij. in. §. volũtatẽ. in. iiij. col. cu seq. ff. solu. matri. vbi allegat plures alios tenentes hanc partẽ. tene menti predicta. q[ui]a al[ia]s iuui quendã notariũ contra quem curia procedebat de falso ⁊ consecutus fui honorem atq[ue] lucrum.

409 ¶ Tu scis regulã. l. ij. C. de iure emphi. ⁊ c. potuit. extra de loca. q̃ est q[uod] emphiteota eccl[es]ie nõ soluẽs canonem per biẽniũ ⁊ emphiteota priuate per triẽniũ cadit a iure suo sed hãc regulam sing. limita: ⁊ dicas illã nõ verificari in eo q̃ cessat p[er] bienniũ vel p[er] triẽniũ: q[ua]n tali biennio vel triẽnio vn[us] solus fruct[us] percipiebat[ur]: nã tunc req̃rit[ur] cessatio per duo biẽnia vel triẽnia: ita voluit Bal. in. l. edem. in. ij. co. C. loca. quẽ refert ⁊ sequit Ias. in. d. l. ij. in fin. j. col. C. de iure emphi. ⁊ d. Alex. i. l. diuortio. in. §. ob donationes. ad si. ff. sol. ma. ⁊ pro hoc dicto. d. Jas. vbi. s. alle. bonũ tex. in. l. si sic cõstituta sit aqua. ff. queadmo. seruitu. amittan. in verbo duplicato constituto t[em]p[or]e amittitur ⁊c.

410 ¶ Quidã nobilis ciuis huius inclyte ciuitatis Bononie: nuperrime me interrogauit de vno videlicet. Ipe alias locauit quandã ei[us] possessionẽ in emphiteosim ad lõguz tempus ⁊ specialiter fecit pactũ cũ ipso emphiteota q[uod] in fine locationis possit ipse emphiteota tollere o[mn]ia melioramenta q̃ fecit in illa possessione ⁊ sint sua. Modo finita est dicta locatio quo stante dñs vult dictã eius possessionẽ pro se: emphiteota aũt q̃ fecit aliqua melioramẽta vult illa tollere ⁊ exportare vt ex pacto cõuenit cũ dño t[em]p[or]e locatiõis. dñs aũt nõ vult q[uod] illa eleuet nec exportet: s[ed] offert p[re]ciũ illo[rum] melioramẽto[rum]. ⁊ q[uan]tũ ex

Si un testimo dice ... [illegible]
... tal casa ... [illegible]

illis ꝯsequutur⁹ eēt: an hac obligatione nō obstāte ipſe emphiteota poſſit dicta melioramenta eleuare ꝛ exportare in quo videreť dictū. qđ ſic virtute pacti expſſe initi inter eos tpe locatiōis. Attñ contrariū eſt verius. Nā dñs pōt ꝓhibere ne emphiteota eleuet vel exportet dicta melioramēta: ſꝫ illa poſſet non obſtante dicto pacto retinere ꝓ ſe ſoluendo tñ ſibi preciū ꝛ valorē dictoꝝ melioramentorum. ita ſingľ. dixit Bal. in. l. in fundo. in. iij. no. ff. de rei vē. ꝙ dictū ꝓ valde notabili refert ꝛ ſequitur Iaſo. in. l. ij. in. ix. col. poſt princi. C. đ iure emphi. Pro quo dicto optime faciūt que ego dixi. in. xxx. q. prin. vbi feci mētionem de hoc dicto Bal. ꝛc. ꝛ plura adduxi in ſimili.

411 ¶ Femine nō ſuccedūt in feudo. c. j. §. hoc aūt notañ. i ti. q̇ feu. dare poſſ. ꝛ i c. j. §. ad filias. đ ſucceſ. feu. ꝛ i. c. j. i tit. an. vel aliter impfec. ꝛ in. c. j. đ aliena. feu. paŧ. cū ſi. hoc tñ limita duobus modis. ꝛ primo limita hoc nō eſſe verū i feudo ꝓ quo nullū ſeruitiū ꝓſtatur. Nā in tali feudo etiā femine ſuccedūt dicanť habiles ſꝫ Bal. i. l. quoties. in. j. col. C. de ſuis ꝛ legit. ꝛ in. c. j. i verbo decedēte. in. iij. col. i ver. q̄rit gl. nū q̇d femina ꝛc. q̇ feu. dare poſ. ꝛ voluit Lu. ro. in ꝯſi. ccclxvij. inci. circa pmū. in pe. col. ꝛ in ſing. ſuo. cccviij. icip. hodie femina ꝛc. q̄. oīa refert ꝛ ſequiť. d. Phi. deci⁹ in cōſi. ſuo. xxxij. in. ij. col. circa fi. ꝛ in ꝯſi. lxxxv. in. iij. col. ꝛ i ꝯſi. cxxxix. i j. col. ſcđo etiā limita niſi eēt cōceſſum feudū alicui ꝛ ſuis deſcēdētib⁹ qꝛ tūc cōprehēdunť oēs deſcēdētes vſqꝫ i infinitū. ita dixit Bal. i. c. que in eccleſiaꝝ. in vlt. char. extra de ꝯſti. quē refert ꝛ ſequiť Iaſ. in. l. ij. in. lxxv. col. de iur. emphi. in ver. illud etiam perpetuo not.

412 ¶ Plures ſunt cauſe ꝓpter q̄s emphiteota cadit a iure ſuo inter quas ē illa. vcꝫ qñ ipſe emphiteota alienauit rem ēphiteoticā vľ melioramēta aut ius ſuū irrequiſito dño ꝛ ſine ei⁹ ꝯſenſu. vt habetur in. l. fi. C. de iure emphi. ꝛ i. c. potuit. de loca. q̄ iura habēt etiā locū i cōductore perpetuo vel ad longū tp̄s ſꝫ Raph. ful. in conſi. ſuo. xxxiiij. inci. pro euidentia eorum de quib⁹ queritur ꝛc. quē refert Ial. in. l. iij. de iure emphi. in. fi. prime colum. ſꝫ hoc intelligitur ſi vendiderit ꝛ tradiderit: ſecus autem ſi non tradiderit licet vendiderit qꝛ tūc non cadit a iure ſuo ſecundū Spe. i ti. de locato. in. §. nunc aliqua. in ver. xcv. motus qꝛ verbum vēdere eſt cū effectu itelligeñ. l. j. §. hec verba cū vulga. ff. ꝙ q̇ſqꝫ iur. ꝛ qꝛ nō đr ꝑfecta vēditio ante traditionē. vt in. §. vēdite. inſti. de rerū ven. ꝛ in. c. cū Ioānes. circa prin. đ fi. iſtru. ꝛ idē tꝫ Sali. i. d. l. fi. poſt Alb. ibi qui Sali. etiā moueť ad hoc: qꝛ qñ nō interuenit traditio in cōtractu vēditionis nudo cōſenſu ab ea recediť ꝛ ꝓ nō facta habeť. l. ab emptione. in prin. ff. đ pac. ꝛ. l. j. ff. đ pericu. ꝛ idem tenēt ꝛ lij plures doct. in diuerſis locis quos refert ꝛ ſequiť Iaſo. i. d. l. fi. C. đ iure emphi. in. xliij. ꝛ. xliiij. col. vbi dicit hāc eē cōmunē opi. hāc tñ ſniaꝫ ꝛ cōem opi. limita ꝛ intellige verā qñ ipſe ēphiteota vēdidit nec vere nec ficte tradidit. ſi aūt nō vere ſꝫ ficte tradidiſſet: vt qꝛ cōſtituiſſet ſe nomine emptoris poſſidere dando et licētiam intrandi poſſeſſionē dicte rei tūc ipſe emphiteota caderet iure ſuo etiā ꝙ dictus emphiteota venditor poſt tractatū tp̄is dictā rē emphiteoticaꝫ redemerit ꝛ ſoluerit canonem dño ignoranti dictā alienationē. ita ſingulariter dixit. d. An. in ꝯſi. ſuo. xxxiiij. inci. de iure abſqꝫ lōga allegatiōe plenū mihi vř ꝛc. quē refert ꝛ ſequiť Iaſo. in. d. l. fi. C. de iure emphi. in. xiiij. col. vbi lati⁹ loquiť ꝛ dicit ꝙ. d. An. i. d. cōſi. moueť: qꝛ lꝫ cōſtitutū dicať ficta traditio: tñ ex eo trāſferunť verba ꝛ ꝓpria poſſeſſio ꝛ vtile dominiū. l. certe. §. j. ꝛ. §. iulianus. in verſi. ego quoqꝫ vero poſſideo. ff. đ precario. ꝛ. l. quedā mulier. ff. de rei vē. ꝛ hoc voluit Bar. in. l. ab emptione. ad fi. ff. de pac. ꝛ Bal. in. c. itē inueſtitura. de votis feudorū. ꝛ Ioā. an in addi. ſpe. in tit. đ empt. ꝛ vendi. i. §. j. in verſic. ꝛ no. quod expreſſe in addi. incip. ꝛ dubitat ꝛc. quam limitationem dicit Iaſo. in. d. l. fi. vbi. ſ. eſſe ꝑpetuo notandam. quia cōiter in inſtrumentis vēditionū apponūť ꝯſtituta. Et ꝓdict-

